

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Meditationum evangelicarum pars tertia, hoc est:
Tractatio evangeliorum tam dominicalium, quam
festivalium, ad recte se sub variis tentationum generibus
gerendum, disposita**

Creide, Hartmann

Francofurti ad Moenum, 1682

Exordium

[urn:nbn:de:bsz:31-126133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-126133)

DOMINICA ROGATE.

Evangelium, Ioh. 16. v. 24. - 30.

EXORDIUM.

CUm Israëlita aquæ inopia in solitudine laborarent, & propterea adversus Moſen & Aaron murmurarent: Moſes & Aaron à facie multitudinis in tabernaculum conventus ingreſſi, corruerunt proni in terram. Et apparuit gloria Domini ſuper eos. Locutusque eſt Dominus ad Moſen, dicens: Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cumque e-duxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo, & jumenta ejus. Tulit igitur Moſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, cumque elevaſſet Moſes manum, percutiens virga bis ſilicem, egreſſæ ſunt aquæ largiſſimæ: ita, ut populus biberet & jumenta, Num. 20. v. 1. ſeqq.

Nos quoque Dilecti! in eremo hujus mundi erramus, & multa adverſa ſuſtine-mus, quo ita ſæpe deſaſſamur, ut pene ſiti pereamus, in terra arida & ſiticolosa, Plal. 63. v. 2.

Verum ſicut Moſes in aquæ inopia, vir-ga ſua petram percuffit, & aquam adeo lar-giter elicuit, ut multitudini & jumentis illa ſuffecerit: Ita non ſalutarius medium eſt, ſi ad pacem, cum Hiſkia, amaritudo nobis amara, Eſa. 38. v. 17. quam ut ad veram pe-tram, & lapidem ſalutis noſtræ, Chriſtum

Jeſum nos convertamus, qui per petram in deſerto præfiguratus eſt, 1. Cor. 10. v. 5. Pe-tram illam virga percutiamus oportet, h. e. apud Majeſtatem divinam fideli & devota oratione inſtemus, & januam cæli pulſe-mus, ut Chriſtus admonet, Matth. 7. v. 7. i-ta petra illa, aquam largiſſime ſtillabit, qua ſufficienter confirmati, quoad corpus & a-nimam, ad vitam æternam reficiemur. Omnes enim, qui reſpexerunt, facies eo-rum non ſunt confuſæ, Pl. 34. v. 6.

Ad hoc ipſum Servator in prælecta Pe-ricope nos exſtimulat, quando gemino juramento adſeverat, quod omnes, qui in nomine ſuo petiverint quicquam, non fruſtra oraturi, ſed inſallibiliter exaudien-di ſint.

Videbimus nos pro conſuetudine

I. *Triplicem Querelam.*

II. *Triplicem Medelam.*

III. *Triplicem Cautelam.*

JJ.

Exegeſis.

Sicut Chriſtus unus ille Mediator Dei & hominum eſt, 1. Tim. 2. v. 5. ita etiam unus ille ſummus Sacerdos eſt, qui torcu-lar itæ divinæ ſolus calcavit, Eſa. 63. v. 2. & per ſanguinem hircorum & vitulorum æ-ter-